

Argumenta contra damnationem utramque.

143 Quinto arguitur contra utrumque cruciatum ab igne, quia si pena ignis non est illa, nisi detentio in igne, & contemplatio ignis, sequitur quod aquę Demones possent affligi a lapide ab aqua, & alio quocunque corpore, si detinerent definitivę ab illis, & immutarentur ab illis obiectivę quia ignis non habet in hoc maiorem vim erga spiritus, quam habeant alia corpora; sed ex Scripturis, & Patribus habetur, quod sint damnati ad ignem, ut ab illo particulari aliqua ratione crucientur, qua non possent ab aliis corporibus cruciari, ajunt enim quod ardor cruciabat eos, & non tantum detentio. Hoc argumentum, quod ad Adversarij exegerant, adducitur a Scoto ipso loco citato, licet non solvat, & insuper, ut supra dixi, facit contra Suarez, Joan. de S. Thoma, & alios opinantes ignem a Deo elevatum mediante sua potentia obiectivam causare physicę in spiritibus aliquam qualitatem sedam, & nocivam, vel aggravantem potentias, qua enim ratione hoc posset per ignem facere Deus, tanquam per instrumentum, posset & facere per quodcumque aliquid corpus, unde non esset ulla ratio, ob quam igne potius urentur, quam alii corporibus; quia cum tali qualitate non habet ignis maiorem connexionem, quam alia corpora. Solum autem communiter responderi, quod damnatio Demonum ad ignem provenit ex voluntate divina, non ut per ignem magis cruciarentur, quam posset per alia corpora sed quia videbatur convenientius illos damnare ad eundem locum hominibus, & hominum animas pariter non ob aliam finem determinavit ad ignem nisi quia voluit, ut ipsarum quoque corpora patenter per actionem physicam, & naturalem ignis. Hęc tamen communis responsio satisfacere non videtur quia Demones in aliquo prioris rationis independentem ab hominum cruciati destinati sunt ad penam ignis, ut colligitur ex illo Matth. 25. *Item maledicti in ignem æternum, qui parati sunt Diabolo, & Angelis ignis*, quibus verbis significatur ignem prius paratum esse Daemonibus, quam hominibus, ac independentem ab istorum cruciati.

144 Respondet Faber 4. *diff. 35. c. 4. n. 88.* ex D. Bonav. 4. *diff. 49. p. 2. art. 3. q. 2.* quod ignis & calor eius naturaliter immutat intellectum Demonum, nam cognoscunt ignem efficere caliditatem, & hæc actio est naturalis; supernaturaliter autem ex divina iustitia ordine habetur, quod spiritus & Demones est cognoscant eam caliditatem non posse eis nocere, tamen trepidant timore, ubi non est timor, scilicet, ut ex illa afflictione, quam solent ignis afficit, afficiantur, quasi ipsi tali afflictione cruciari debeant: non est autem contra ordinem naturę, ut spiritus huiusmodi timore trepidant, ubi trepidandum non est, & quod concipiant horrorem illum combustionis in seipsis, licet re vera non comburentur sensibiliter, sed obiectivę, quod probat ex August. 22. de Civ. c. 16. & sic patet, quare in igne potius quam in alio corpore Deus torquet spiritus, quia, scilicet, secundum naturalem actionem est effectus combustionis, quę est effectus dolorosus valde, & proinde apprehensio illius, ut noli, & tamen positi in esse, cruciat illos; pater etiam quomodo vera sint dicta Patrum afferentium Angelos igne cruciari, & uti verę, utuntur enim non materialiter, sed obiectivę, & per apprehensionem intentionalem. Verum sententia D. Bonav. sic explicata in eam relabi videtur de falsa apprehensione superius refutata, cum enim calor ignis nec nocet nec cruciat, sed non est timor, quibus verbis non bene intellectis in hunc sensum deduxerunt aliqui opinionem S. Doctotis, ut Suarez, Averla; & alii loc. cit.

145 Verum D. Bonav. ab hac opinione de falsa apprehensione longe abest, quandoquidem antequam suam proferat sententiam, hæc de falsa apprehensione ex professo refellit, & concludit, *et edimus, quod pena illa infernalis sit per verę ignis actionem, non per phantasticam imaginationem, & ista repetit, quod ex illa conjunctione vehementer concipit horrorem, ac per hoc dolorem, qui verus est.* Itaque modus dicendi S. Doctotis, si bene perpendatur, omnino coincidit cum illo Scoto, quem declaravi n. 140. inquit enim in corpore quæsiti quod cum ignis agit in compositum ex anima, & corpore, ibi duplex est passio, una est naturalis, & hæc est calefactio corporis; alia animalis, & hæc est immutatio sensus: prima passio est a natura, quia est passio vera ab igne, ut verę agere; secunda passio est ab anima lespiam movente, & ab igne occasione præbetur secundum quod dicit Aug. 6. *Mulcitur, sicut ergo postquam reparatur anima, corpus pati potest ab igne passione naturali; quia potest calefieri, & inflamari, & hoc per naturalem potentiam utriusque spiritus pati potest passione animalis, & ab igne præsentis immutari naturalis potentia ignis, & animæ: ista S. Doctotis, hoc est idem quod aiebat Scotus 4. *diff. 44. q. 3. ad questionem, quod ignis in corpus animati anima sensitiva potest habere duplicem actionem, unam realem, & aliam intentionalem, & unam ab alia se-**

parabilem esse; & intentionalem solum sufficere ad causandum dolorem, realem verò sine intentionali ad hoc non sufficere: ex quo tandem deducebamus, quod poterit Deus cum igne saltem elevato per modum instrumenti causare passionem intellectualem in creatura intellectualem, etiam si non causet præviã passionem sensitivam: ac etiam eisdem rationis cum ea, vel etiam omnino similem, quam patitur anima corpori coniuncta modo ibi declarato n. 140. qua ratione dicebamus verificari, quod ignis agit in animas, & Demones, nedum ut eas detinet localiter, & obiectivę, sed etiam secundum quod ignis urens, & calefaciens quatenus causat in eis talem affectionem spiritualem, vel trilitiam, ac tantam: qualem & quãtam causare solet in anima corpori coniuncta, quando ad actionem animalem, & intentionalem præcedit actio physica, & naturalis calefaciendi, ac urendi.

Ex quo tandem deducebamus n. 142. rationem cur potius igne voluerit uti pro cruciari damnatorum, quam aqua, aere, vel alia re creatã; quia nihilum in ordine naturę nullum elementum activius est igne, nec ullum cum tanta crimoniosa affligit, & cruciat corpus sensitivum, ut ignis: ut hinc constaret penam sensus damnatorum, non esse talem, qualis sequi solet ad alia obiecta nocivã, sed eam determinatę, vel saltem est similem, qualis sequi solet in anima, cum corpus, cui coniuncta est, aduritur ac tantumdem pati ab igne per solum actionem intentionalem, quantum si huiusmodi coniuncta esset actio physica, & realis adurendi, ac proinde ad insinuantiam quantitatem, & qualitatem penę damnatorum potius Scripturę, & Patres cum omni proprietate dicere, quod aduruntur, & devorantur ab igne. Quando autem dixit S. Doctotis, quod anima refugiat ignis calorem, qui per naturam nocere non potest, & trepidat timore ubi non est timor, hoc divine iustitię est, quę facit etrepidare peccatores immittendo timorem, & horrorem ejus rei, quę per naturam sunt superiores, &c. id planè non in eo sensu dixit, quasi innuere voluerit, quod per falsam apprehensionem totiretor, & afflictione veluti illusoria, nam hoc immediate antea negaverat, sed sensus est, quod timor quidem non est spectatio igne naturaliter, sed ut agens naturale, tunc quia potius spiritus actionem materiale ter minare non potest, tunc quia naturaliter ignis non imprimi dolorem in anima per actionem animalem, nisi prius per naturalem imprimat calorem in corpus ei coniunctum; sed trepidat timore spectatio igne, veluti instrumentum a divina iustitia assumptum ad comburendum, id est, ad imprimendam talem, ac tantam afflictionem, qualis sequi solet in ipsa ex ipsa actione comburendi; & sic divina iustitia facit rebelles spiritus verè trepidare, & timere, ex speciali Dei dispositione, ubi spectatio solo ordine naturę nulla profus esset occasio timendi.

Sexto tandem arguit Malonius *diff. 20. s. 2. probans* ignem inferni corporeum verè, & propriè cruciare, & affligere spiritus urendo, non virtute propria, sed ut instrumentum divine iustitię, nam SS. Patres referunt visiones, quod dum morientes in extremo vite agonizarent, exactim passi, rapiebantur ad tartarus cruciatus conspiciendos deinde reviviscerent penas inferorum narrabant, interim in suis corporibus ad pleniorum fidem faciendam verè ignis vestigia tunc accepta ostentantes? unde postea dicunt, vide an sustinere possis ignem nostrum per horam, si non potes, quomodo poteris illum semper sustinere? Deinde probat ratione, quia si in hoc ulla esset implicancia, maxime quia ignis est corporeus, spiritus incorporeus: sed hoc non obstat, quia Angeli de facto tangunt physicè corporea per impulsum, dum ea movent ergò è contra per Dei omnipotentiam poterit quoque corpus physicè spiritum tangere. Kurus, anima licet sit spiritus, est verè actus corporis, & patitur a corpore secundum varias corporis affectiones, & hoc naturaliter: ergo poterit saltem supernaturaliter ab alio corpore pati. Tandem sacramenta sunt materialia, & tamen instrumentaliter attingunt gratie productionem, & Ioseph iussit stare solem, & stetit sol, non virtute illius iustionis principaliter, sed tantum instrumentaliter: ergo &c.

Respondet, vel arguens his argumentis intendit probare ignem verè, & propriè cruciare spiritus urendo, quia in eis producat calorem, & ardorem, & sic utiq; probaret, quod cum omni proprietate cruciaret urendo, ac impossibile est talem qualitatem corpoream, & sensibilem recipi in subiecto penitus spirituali, & in corpore, ut est communis terè omnium sensus. Vel intendit probare, ignem per modum instrumenti producere in spiritibus qualitatem quandã spiritualem calori equivalentem, ac eis disconvenientem, quemadmodum calor disconvenit corpori sensitivo; & præter alias difficultates supra tactas, quas hic dicen di modis incurrit, non salvat ignem verè, ac propriè cruciare spiritus urendo, quia talis qualitas spiritualis valde improprie diceretur calorem, & ardorem; & præterea cum talis qualitas non maiorem habeat ex natura rei connexionem cum igne, quam cum aqua, & aere, vel terra, non ostenditur cur Deus in cruciati damnatorum igne magis uti voluerit, quam alii corporibus, & cur Scripturę, & Patres potius

potius voluerint pro tormentum ignis significare inferni penas, quam aliorum obiectorum disconvenientium, & affligentium. Quare restat, ut ignis intantum verè, & propriè dicatur cruciare spiritus urendo, in quantum apprehensus, & nolius per solum actionem intentionalem, talem, ac tantum dolorem spiritualem in eis producat, quantum producit in anima coniuncta, quando aduritur corpus quod informat, per actionem realem, & naturalem; cum nos doloribus sensibilibus afflicti, summum illum gradum doloris, & penę damnatorum percipere aliter non possumus, quam per cruciatum, qui sequi solet ad actionem aditivam ignis in carne nostra, & hęc tendunt visiones illę a Patribus relatę: alioquin si cum majori proprietate intelligi debeant, dicere deberent, quod ignis affligit spiritus per impressionem caloris, ac adusionis corporeę, quod neque arguens concedit. Ad secundum, negatur minor, & ad probationem negatur paritas, quia non tanta repugnantia re-

peritur in hoc, quod Angelus producat, & imprimat qualitatem aliquam corpoream in corpore moto, quanta in hoc, quod corpus producat, & imprimat qualitatem corpoream in spiritu, hic enim currit repugnantia ex parte recipientis, non autem ibi. Ad tertium negatur item paritas, nam sympathia, ratioe cujus anima coniuncta dicitur pati secundum varias corporis affectiones, provenit ex sola unione substantiali cum eo, atque ideo assignari non potest in anima separata, ac in Demonibus. Ad quartum nos dicimus sacramenta, eo quod sunt materialia, esse causas duntaxat morales gratię, non autem physicas; & etiam admisso, quod ignis sit causa physica, instrumentalis alioquid qualitatis spiritualis in spiritu, non adhuc per hoc salvatur, quod verè, & propriè illam cruciet urendo; nec ostenditur, cur potius id faciat Deus per ignem, quam per aliud corpus, cum talis qualitas non maiorem habeat ex natura rei connexionem cum eo quam cum cæteris.

DISPUTATIO QUARTA DE HOMINIBVS.

QVÆSTIO PRIMA.

De, & quomodo primi homines fuerint in statu innocentie impassibiles, & immortales.

ARTICULUS PRIMUS.

De duobus exclusis erroribus, deciditur quæstio.

Dvo oppositi errores omnino evitandi fuerunt in hoc puncto; primus fuit Pelagij, qui inter alios suos errores dicebat Adam omnino fuisse mortuum, sive peccatorem, sive non peccatorem, nec mortem fuisse in hominibus per peccatum inveniendam, quia est defectus naturę; ita refert Augustinus epist. 106. Contra quem error veritas catholica docet homines in statu innocentie fuisse, & futuros esse mortales, nec mortem necessario subituros, si in eo perseverarent; & debitum, seu obligationem moriendi incurrisse per peccatum: quod manifestè colligitur ex illis verbis Genes. 2. *in quocunque loco comederis ex eo, morte morieris*, quod nedum de morte animę spirituali intelligendum est, ut Pelagius agebat, sed etiam corporali, ut deducitur ex aliis verbis Dei Adamo dictis post præcepti transgressionem *in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram*; unde licet non eadem die mortuus fuerit corporaliter, statim tamen debito, & obligationi moriendi obnoxius fuit quia de Ap. apostolus dixit ad Rom. 5. *per unum hominem peccatum introiit in mundum, & per peccatum mors*, ubi palam explicat comminationem Genes de morte corporali, quę sine peccato in mundum non intrasset; atque ideo tantum dogma de fide id determinatum fuit in Concilio Milevico. c. 1. African. 2. can. 1. & 2. Trident. sess. 5. c. 1. & est unanimes omnium Patrum consensus dicentium hominem in statu innocentie ab lege mortis transitu translatum a Deo fuisse post longam annorum cursum ex hac vita terrestri ad cælestem beatitudinem. Hinc ruit Pelagij fundamentum, dum agebat mortem non esse culpę effectum, sed naturę defectum; ita enim mors est naturę defectus, quod divino beneficio corrigebatur, naturam a morte præservando, sed per peccatum a misit homo Dei beneficium, & mortem incurrit; & hoc totum adhuc clarius docetur Sap. cap. 2. *Deus creavit hominem inextremabilem, invidiam autem Diaboli mors introiit in orbem terrarum.*

Alter error è regione præcedenti oppositus, asserit in statu innocentie fuisse a Deo conditum hominem immortalem per naturam, sicut est Angelus, & anima ipsa rationalis; & ita sensisse videtur Michael Bajus Doct. Lovaniensis in quadam propositione cum aliis damnata a Pio V. in Bulla *ex omnibus* edita anno 1567. & postea confirmata a Gregorio XIII. & Urbano VIII. quę est *Immortalitas primi hominis non est gratię beneficium, sed naturalis conditio*; & fundamentum erat, ut colligitur ex diversis propositionibus in ea Bulla damnatis, quia iustitia originalis, ex qua proveniebat huiusmodi immortalitas, & impassibilitas, erat connaturalis, & debita homini in illo statu, ac per consequens etiam immortalitas ipsa, ac impassibilitas.

At patet veritas catholica docet hominem non fuisse conditum immortalem per naturam, sicut est Angelus, & anima *Mela. in Secund. Sentent.*

rationalis, sed tantum divino beneficio gratuito, & ultra statum naturę factum fuisse a morte immunem; ita expressè docuit August. lib. 7. de Genesi ad lit. c. 25. *mortalis erat conditio corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris*, & eodem modo alij Patres loquuntur de immortalitate primorum parentum in statu innocentie: Quod etiam ratione probatur, quia in eo statu erant corpora mixta ex quatuor elementis, & qualitibus contrariis, quę sunt principia naturalis corruptionis, & indigebant alimento ad conservandã vitam: Tum quia primi parentes utique fuerunt ejusdem naturę, & speciei, quę reliqui homines ex ipsis descendentes; ergo si ex natura sua fuissent immortales, & impassibiles, tales etiam forent eorum posterij post peccatum, quia per peccatum non sunt naturali perdidit.

Et hoc est, quod Scotus docet 2. *diff. 19. q. un.* in corpore quęstionis cum D. Bonav. ibidem q. 2. art. 2. & 3. dicens, quod homo in statu innocentie potuit mori, ista tamen potentia non fuisset reducta ad actum, & sic poterat non mori, valde autem inter se differunt non posse mori, & posse non mori, nam in primo negatur potentia ad mori, in secundo vero conceditur potentia tantum ad posse non mori, non tamen negatur potentia ad posse mori: quod totum luculenter significat Aug. loc. cit. cum dixit, primo homini datum esse ut non posset mori, sed ut posset non mori, si vellet; id est, si non peccaret aliquid autem est non posse mori, sicut quidam naturas immortales creavit Deus; aliud verò posse non mori, secundum quem modum primus homo creatus est immortalis quod ei præstatur de ligno vitę; non de constitutione naturę; unde tandem concludit mortalem fuisse conditionem corporis animalis, immortalem verò beneficio conditoris; si enim corpus animale, utique & mortale, quia & mori poterat, quamvis & immortalitate, quia & non mori poterat; ita August. cit. quo nihil elegantius dici poterat in hac materia.

Quare, cum dicebatur, immortalitatem fuisse connaturalem, & debitam homini in illo statu, dicendum est naturę posse dupliciter sumi; vel pro eo, quod convenit alicui ex principijs naturę intrinsecis, quo sensu dicimus risibilitatem esse homini naturalem; vel pro eo, quod a naturitate, vel à principio constitutionis ejus convenit; etiam si non oriatur ex principijs essentialibus illius; hoc igitur tantum secundo modo immortalitas dici potest naturalis homini in eo statu, quatenus à principio suę creationis homini conveniebat, non autem secundo modo, quia non conveniebat ei ex principijs intrinsecis suę naturę, sed ex dono Dei gratię; Unde tanto magis adhuc negatur iustitia originalem fuisse connaturalem hoc modo, ac debitam homini in eo statu, tunc quia creati potuit in statu pure naturę; tunc quia ordinatio in finem supernaturalem gratiosę omnino, & liberaliter a Deo conceditur, cum neque natura Angelica, neque humana aliquid jus ad ipsam habeat; tandem quia non videtur, quomodo immortalitas ad iustitiam originalem proprie pertineat, quia vis enim fit a magna perfectio difficile tamen est declarare, quomodo talis perfectio iustitia originalis vocari possit, ac debeat; neque hæc effectus erat originalis iustitię, ut docet Scot. 2. *diff. 29. q. un. li. C.*

Quoniam verò pluribus modis intelligi potest hoc beneficium & donum immortalitatis fuisse homini communicatum in eo statu; restat illa difficultas, an homo factus fuerit intrinsecè immortalis, nempe per aliquam qualitatem operabilitatim, qua mors impediretur; an verò per solum Dei mandatum; etiam

extrinsecam, partim etiam per cibos, aliaque causas naturales: & quoniam dupliciter potest mors homini accidere, vel ab intrinseco ex defectu humiditatis radicalis, aut morbi; vel ab extrinseco, & violento, ut ab ente, aqua, igne &c. quæstio est, quomodo utraque in eo caula impeditur. D. Thomas *quæst. 97. art. 1. ut in lib. quæst. novij.* & veteris testamenti indicat datum fuisse homini immortalitatem per quandam spirituales qualitates animæ impressam corpus dependentem ab omni corruptione, & ita defendunt Calce. Valentia, & alii eodem loco: Molina verò tractat de opere sex dierum opinatus est qualitates quandam corporeas fuisse Adamo per totum corpus infusam, qua incapax reddebatur læsionis ullius, sicut corpora gloriosa conservari dicuntur per dotem intrinsecam impassibilitatis. Fundamentum hujus sententiæ est, quia Deus non tribuit similes effectus permanentes, ac diu per se duraturos personam suam extrinsecam volentem, sed proportionato modo per secundas causas; sed possibilis est aliqua physica qualitas corporibus tribuens physicam illam repugnantiam; ergo dicitur esse id per eam prelati. Confirmatur nam corpus gloriosum fit immortaliter per qualitates intrinsecas illi statim accommodatas; ergo & per similes Adæ corpus in statu innocentie.

7. Opposita sententia docet immortalitatem hominis in statu innocentie non provenire ex aliqua qualitate infusa, sive corporis, sive animæ ipsius, neque fuisse per aliquod donum intrinsecum, sed per extrinsecam Dei mantententiam, partim etiam per cibos, aliaque causas naturales: ita Scotus *dist. 16. q. 1. ut in cap. artic. esse communem Scholasticorum Suarez lib. 3. de Homine cap. 14. nu. 12.* & sequuntur Regentibus passim Ariaga tractat de opere sex dierum *dist. 41. sect. 1. Lezana tract. 7. dist. 3. q. 8. Aversa qu. 75. sect. 3. ex notis & ad 2. par. contro. 15. Vespes tom. 2. par. 2. dist. 4. q. 3. art. 2. Aretin. in Genes. de sententia contra virum lata quæst. 13. Poncius 13. dist. 17. q. 4. & alii antiquiores Scotiste loc. cit.*

8. Hoc aliqui probant nimirum, quod impossibile, videatur talis qualitas, quæ simul esset repugnans rebis contrariis v. gr. nimio calori, & nimio frigori; ipsi partium, & compressioni carundem; si enim habet repugnantiam cum uno contrario, jam non habet eam cum alio, sed potius convenientiam; Quam rationem Ariaga relinquit inefficacem, quia de facto in forma Cæli hoc ipsum conspicimus, ut scilicet, repugnet tam cum calore, quam cum frigore, & cæteris qualitatibus corruptivis etiam inter se contrariis. Quæ impugnatio non satis urgere videtur, quandoquidem manifesta sit disparitas inter corpus cælestis, & humanum, hoc etenim ex quatuor elementis constat, & qualitatibus contrariis; illud verò tali compositione caret, imò secundum Philosophum est quoque materię, & forme expressæ; ita si possibile sit qualitas, quæ daobus contrariis simul, & cælesti adherere possit, poterit utique Cælestem esse illius idoneum subiectum, non verò corpus mixtum ex quatuor elementis, & qualitatibus contrariis, quale ponitur humanum.

9. Potius ergo ex eo capite repugnantia hujus qualitatibus ostendenda est, quod si admitti deberet, potius in corpore, quam in anima collocanda esset cum Molina, nam cum anima, impedienda esset circa corpus, in quo recipitur calor, frigus, combusio, &c. convenientius in eodem subiecto reponi debet qualitas talibus formis repugnans, & consequenter qualitas corporea esset, & materialis, non verò spiritualis, cum ergo sit qualitas materialis, & in subiecto ex quatuor elementis constituto inherens, iam esset inter primas, vel secundas qualitates cõmuniandam, atque ideo suprà natura simul corruptibilis esset cum corpore, quam rationem late persequitur Rubion *dist. 19. q. 1.*

10. Sed quæstio quid de hac ratione ducta ex impossibilitate talis qualitatibus, hæc potius ex eo capite rejicienda est cum Scoto *loc. cit.* ut etiam post ipsum arguunt Suarez, Ariaga, & alii passim, quia per eam non sufficienter defenditur omnis incapax moriendi in homine; non enim video, inquit Doctor, quod illa qualitas possit facere, quod tale corpus non pateretur a contrario, & sic tantum potuisset pati, quod mortuum fuisset: probatur absumptum, quia illa qualitas sive spiritualis, sive corporalis ponatur, impedire non potuit, quo minus posset gladio inierit, & aquis suffocari, non enim fecisset corpus hominis impenetrabile, sicut est corpus gloriosum, neque adeo leve, ut aqua spernataret, neque adeo resistent, ut ab igne lædi non posset. Quod si dicas eam qualitates non impedituram actionem ignis, nec aliorum agentium naturalium, sed ne anima a corpore separaretur. Contra, quia tunc eiet miraculum concedere in homine dispositiones cum vita repugnantes in summo, & non induci formam ignis, vel aliam; atque unionem adhuc animæ conservari cum corpore sine dispositionibus requisitis. Confirmatur, quia adhuc in eo statu cibo, & potu indigebat, quæ liberum erat ab eis abstinere, si voluisset, quod dato casu inedia mortuus esset tali qualitate non obstante, neque enim ea qualitas talis erat, ut sine alimento vivere potuisset: ergo per eam qualitates non sufficienter explicatur omnis incapax moriendi in homine.

Restat ergo, ut dicamus immortalitatem homini in statu innocentie intrinsecam provenire ab eum ligni vitæ, extrinsecam verò a speciali Dei providentia, & protectione; Et quidem intrinsecam præservandum fuisse hominem a morte per virtutem ligni vitæ, non autem per aliquam inditam qualitates, clarè colligitur ex Genes. 3. ubi reddens Deus rationem, cur post peccatum Adam de Paradiso expelleret, inquit, *ne forte miserit manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum,* quibus verbis patet illum indicavisse immortalitatem in eo statu homini obventuram virtute ligni vitæ; quod adhuc clarius deducitur, quia ut ex eisdem verbis constat, etiam post peccatum homo, si de ligno vitæ comedit, fuisset mortuus expers, etiam si qualitates illam excogitatum non retinuisset; ergo hoc remedio intrinsecè fuisset homo a morte præservatus, neque ad hunc effectum habendum opus est recurrere ad eam pergrinam qualitates, de qua nihil profus innuit Scriptura.

Quod verò extrinsecè illa immortalitas proveniret a speciali Dei providentia, & protectione, ut nimirum præservaretur a morte, quæ accidentaliter ex morbis, vel violento ex aliis causis accidere solet, exinde probatur, quia cum fructus ligni vitæ solum reparare posset, & confortare hominem intrinsecè, non autem illum extrinsecè tueri ab occasione, interfectione, aliisque causis mortis extrinsecis, & violentis: verisimile est ab hoc modo corruptionis hominem fuisse servandum illæsum per speciale Dei mantententiam, qua illum sic tuebatur, ut nihil tale ei noceret, sive id fecisset per seipsum immediate, sive per Angelorum custodiam; Atque ita sicut Deus per lignum vitæ providet ad impediendum mortem naturalem, ita etiam verisimile est, quod a morte ex morbis consequente provideret per optimam corporum temperiem, ciborum qualitates, & loci salubritatem; & a morte violenta speciali quadam cura, & providentia; à brutis enim, & bestis præservatus esset, quia omnia illa ejus domino sublecebat in eo statu; ab aliis etiam hominibus, quia omnes ibi sanctissimi vixissent, nec ullus alteri nocisset; & ab aliis denique agentibus naturalibus nullam prorsus læsionem passus esset, tum quia illum divina providentia, circumvallabat, & protegebat, ne aliquid mali ab eis pateretur, tum quia homo ipse præditus erat in eo statu rectissimo, ac prudenissimo judicio, quod posset nociva queque evitare; idque totum conceptis verbis expressit Doctor *2. dist. 19. q. 1. ubi ait, quod immortalitas primi hominis non fuit impossibilitas moriendi ætatem suam eo statu, sed possibilis non moriendi quæ fuisset in actum redacta per multa adiutoria, puta per eum ligni vitæ, per custodiam Angelorum, per protectionem divinam, & bonum regimen intrinsecum, ut dixerit *dist. 19.**

Confirmatur etiam D. August. *lib. 1. de peccatorum meritis, & 12. remissionis cap.* habere incorruptibilitatem, & immortalitatem comparat illi, quam habuerunt vestimenta satorum Israel in deserto per diuturnum tempus conservata sine corruptione, & qua de facto gaudent in terrestri Paradiso Enoch, & Elias; non est autem verisimile Hebræorum vestimenta incorrupta fuisse servata per intrinsecam aliquam qualitates, sed per solam extrinsecam Dei providentiam; ergo ita quoque dicendum in proposito. Neque oppositum docuit August. *lib. de novis, & veteris testamenti, sed tantum ait, Deum hominem fecisse, qui quando non peccaret, immortalitate vigeret, ut ipse sibi auctores esset, aut ad vitam, aut ad mortem, hoc est, meritorie ad vitam, & demeritorie ad mortem.*

Respondet Molina immortalitatem, vel impassibilitatem futuram in statu innocentie non esse ponendam miraculorum, ut per breve tempus esset duratura qualis fuit conservatio calcamætorum, vel vestimentorum satorum Israel per desertum, cum potius esset conditio, sed donum illius status transiendum in omnes posteros, nisi Adam peccasset; atquidè mediante aliquo habituali dono pro statu innocentie cõservasset corpus a corruptione. Verum sic dicendo parum reverentia exhibetur Augustino hoc exemplo explicanti immortalitatem, & impassibilitatem primi hominis in statu innocentie, si ea disparitas intercedit, quam innuit Molina; tum quia non tantum exemplum de vestimentis Hebræorum, quæ non sunt attrita spatio quadraginta annorum, quod non est adeo breve tempus, atulit Augustinus, sed etiam exemplum Enoch, & Elie, quos credibile non est conservari per talem intrinsecam qualitates, quam ait respondens fuisse necessitam pro immortalitate in statu innocentie, sed per solam extrinsecam Dei providentiam, & assistentiam.

Deinde, quævis immortalitas, & impassibilitas esset conditio illi statui quodammodo debita, & donum quantum esset ex parte Dei permanentis; quia tamen quantum erat ex parte hominis, citò erat transiendum, & cum hæc scientia à Deo collatum, imò in opus fuit, ut ei communicaretur per aliquam qualitates permanentem animæ, vel corpori infusam, sed per media iâ assignata. Tandem quodam etiam status ille id fuisse citò transiituro, adhuc immortalitas non poterat corporibus quantum esset ex corruptibilitate per aliquam talem qualitates communicari, ut probatū est; sed adhuc recurrendū esset ad media jam assignata, & ad hęc.

ad speciale Dei assistentiam regulariter citè miraculum præstavit: sed de immediate, quod per causas secundas præstare nequit; unde illa immortalitas licet esse gratuita, non tamen miraculosa, quia illi statui quodammodo debita, & convenientes ex ordinatione divina, qua ratione Suarez *cit.* vocat eam supernaturalem secundum modum.

16. Ex his patet ad fundamentum prioris sententiæ positum sub n. 4. nam in primo negari potest illam immortalitatem esse effectum diu duratum, quandoquidem status ille patum duravit; & quamvis esset effectus diu duraturus, & per causas secundas præstandus, adhuc negatur fuisse præstandum per eam intrinsecam qualitates, adhuc negatur fuisse præstandum per alias causas secundas modo explicatas, nempe per optimam corporum temperiem, aeris salubritatem, ciborum sanitatem, &c. cui accedit, quod Suarez advertit, quodiam effectus negativos regulariter a Deo non causat per formam subiecto intrinsecam, sed per vitam extrinsecam providentiam, sic enim præservat, v. gr. hominem ab hac, vel illa occasione peccandi, & non per aliquid intrinsecum; cum ergo in eo statu homo præsertim mortem vitæ fugiendo occasiones necesse allaturus, hoc bene fieri potuit per solam extrinsecam Dei assistentiam, & protectionem.

17. Ad Confirmatur dotem impassibilitatis corporis gloriosi consistere in aliqua qualitate illi intrinseca, per quam impassibilis reddatur, dicitur non potest Deum ratione beatifici status corpora Beatorum speciali quadam providentia custodire, ut innuit Doctor *4. dist. 49. q. 13.* in hoc eorum impassibilitatem consistere, deinde si concedatur assumptum neganda est adhuc consequentia, quia non talis erat immortalitas, & impassibilitas hominum in statu innocentie, ubi indigebant cibo, & potu, qualis erit in statu beatitudinis post resurrectionem, ubi nulla talis erit indigentia; tunc alio modo magis intrinseco conservari poterit.

18. Dices, in illo statu homo nedum potuisset non mori, sed etiam non potuisset mori, adeo immortalitas illa fuisset positiva, & non negativa tantum; ergo præstatur ab aliqua forma homini intrinseca; cõsequencia patet, probatur assumptum, quia pena nequit esse sine culpa, cum igitur mors sit pena peccati ex Genes. nequit esse in illo statu, ubi peccatum aut non poterat. Respondet Doctor *cit.* in fine quæstionis neganda assumptum, ad probationem inquit, quod modo atque mors est pena peccati, sed stante illo statu, si Deus non transiisset homines in Cælum post determinationem tempus, nec vellet esse a morte præservate, tunc mors non fuisset plus pena in hominibus, quam in brutis, sed fuisset conditio, & imperfectio concensuum naturam ex mixtione compositam; Dices rursus, parum esse rationem de dono immortalitatis, & de dono, quo in eo statu sensuales sublecebat rationi; sed hoc præstatur per quandam qualitates animæ infusam, quæ dicebatur iustitia originalis: ergo idem patet de immortalitate asserendum, quod per aliud simile donum in genere qualitates præstatur.

19. Respondet non deesse negantes iustitiam originalem in unicæ tali qualitate consistere: ut infra patebit, interim negatur paritas, commode namque talis subiectio sensus ad rationem per unicam talem qualitates haberi poterat sensum reprimentem, ac rationi subdantem; non sic immortalitas, siquidem corpus mixtum omnino incapax est talis qualitates incorruptibilis, & corruptionem prohibentis; potentia verò sensitivæ sicut sunt capaces habitus acquisiti illas inclinantis ad obediendum rationi, ita & habitus infusi, quo ab inordinatis motibus se retraherent, & rationi obediunt ex Scoto *dist. 19. cit. B.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Dubium incidens de ligno vitæ.

20. Dubium tamen superest, quæ, & quanta esset virtus ligni vitæ ad præservandum hominem a morte ab intrinseco, dicitur ab intrinseco, quia certum est non habuisse vim ad impediendum omnes morbos, qui alioquin ab extrinseco provenire possunt, & præsertim non habuisse vim impediendi mortem quæ violento ex variis causis externis potest inferri. Quæritur ergo, an habuisset vim conservandi hominem in perpetuum, si enim colligi videtur ex illo Genes. 3. *ne forte de ligno vitæ comedat, & vivat in æternum,* qua de causa Ariaga *loc. cit.* ait partem affirmativam ferè esse de fide.

21. Hoc tamen ab illo dicitur fundamentum, non enim desunt Patres asserentes hæc verba fuisse à Deo ironice dicta, sicut & illa immediate præcedentia, ecce Adam nunc ex nobis factum est sciens bonum, & malum quamvis tamen pars affirmativa non sit de fine, est tamen communior negativa, & valde expressè innuitur ab August. *lib. 13. de Civitate cap. 23. cum ait, corpus* *Mald. in Secunda Sententia.*

ejus non immortalitate illa absolutos atque indissolubiles, sed ligno vitæ a mortis necessitate prohibebatur, atque invenitur flore te-nebatur. Non enim desunt tamen graves auctores asserentes talem virtutem non fuisse ad conservandum prorsus in perpetuum vitam hominis, sed solum ad longius quoddam tempus, quam alioqui per alios cibo conservaretur, donec, scilicet, adveniret terminus à Deo præfixus, quo transferretur homo de terrestri Paradiso ad cælestem.

Unde etiam insinuando relata verba Possent non esse à Deo ironice, sed serio dicta adhuc habere possunt verum, & optimum sensum si adverbium, in æternam, sumatur pro duraturo tempore, quo pacto à Scriptura ipsa non solum utriusque solet, ut in eadem Genes. 17. *Dabo tibi, & semini tuo omnem terram Chanana in possessionem æternam,* unde Lyra ex Hebræo legit, & vivat in sæculum, & ita exponit D. Bon. 2. *dist. 19. art. 2. q. 2. ad 1. immò etiam sumatur adverbium illud pro tempore simpliciter perpetuo, adhuc interpretari possunt quoque prædictæ partis negativæ, si nimirum ita intelligantur, ut quicumque lignum vitæ comedit, immortalitatem consecutus fuisset, quatenus nunquam mortem incurrisset, sed post longius tempus completis suis meritis in Cælum translatus fuisset, atque ita nunquam mortuus esset; ita tenuisse videtur Scotus *dist. 19. cit.* quem sequitur Perer. 13. in Genes. *dist. de arbore vitæ quæst. 3. & S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 2. ad 6. cum ait hominem post peccatum, si comedit de ligno vitæ, potuisset solum magis prolongare vitam, non autem permanere æternam, & quædam sententia probabilitate non caret; non enim apparet, cur lignum vitæ habere deberet ullam vim aliam conferendi vitam æternam in eo statu, quam modo nunc declarato; si enim homo in eo statu permanisset, utique non deberat in æternum vivere in mundo, sed aliquando in Cælum transferri: si autem ab eo cecidisset, ut factum est, jam mori debebat; frustra ergo communicata esset talis virtus ligno vitæ conservandi hominem in hoc mundo in perpetuum, quia talis potentia in neuro casu ad actum redacta fuisset.**

Hoc dubium iam detegit *dist. 8. de Gen. & Corrip. q. 9. in fine,* ubique brevem esse resolutionem insinuavi, quod, scilicet, cum prima sententia dicatur fructum ligni vitæ habuisse ab intrinseco virtutem conservandi hominem in perpetuum, ut verba Scripturæ sonant; tunc dicendum est non fuisse virtutem eius naturalem, hoc est, ex propria eius forma provenientem: sed fuisse virtutem quandam supernaturalem illi à Deo impressam ad talem effectum præter omnem exigentiam talis fructus; ita expressè docuit August. *lib. 13. de Civitate c. 20. ubi scribit:* corpora primorum parentum ante peccatum sic erant affecta, ut licet læsio non inveterasset, ut necessitate perduceretur ad mortem, qui status eis de ligno vitæ mirabili Dei gratia præstatur, tamen & alios comedat cibos, & quibus verbum dno innuit, primum est, lignum vitæ habuisse virtutem conservandi hominem in perpetuo juvenutis flore, quo & infra repetit *cap. 25. cit.* alterum est eam virtutem non fuisse naturalem, sed supernaturalem præter omnem exigentiam illius fructus; an enim quod talis effectus mirabilis Dei gratia præstatur, quod etiam adhuc magis ibi declarat, dum discernim assignans inter illum, & cæteros fructus ait, *etera esse alimento, illud Sacramentum,* quæ sententiam quam plures sequuntur Theologi, & Patres Beda, & Eucherius in Gen. D. Bonav. & Gab. 2. *dist. 19. Caiet. p. 1. q. 97. art. 4. Aret. in opere sex dierum c. de ligno vitæ, & alii.* Neque obstat quod obicit solet, quod si hæc virtus fuisset supernaturalis, non viguisset in illo fructu, nisi durante hominis innocentia, neque conferret effectum, nisi homini iusto, & innocenti; sicut de factio virtus Sacramentorum quæ est supernaturalis, non habet vigorem, nec confert effectum nisi homini recte disposito: at virtus illius arboris eodem modo durat post peccatum, & eandem vim habebat conferendi suam effectum etiam homini lapsos; ideoque Deus ejicit hominem de paradiso, ne de illo fructu comederet; ergo signum est virtutem illius arboris fuisse naturalem, quo argumento utuntur Molina, Suarez, Ariaga, Aversa, Lezana, & alii passim. Hoc inquam, non obstat primò enim dicit potest, ut *loc. cit.* innuitur, eam virtutem supernaturalem in illa arbore conservari à Deo potuisse etiam post peccatum, sicut nunc facit in Sacramento baptismi, per quod imprimunt characterem etiam fidei suscipienti.

Deinde negari potest paritas quoniam Sacramentum operatur in anima, quæ proinde si indispofita fuerit, Sacramenti effectum non suscipit, cum ponat gratie obicem; virtus illa supernaturalis ligni vitæ suum effectum operaretur in corpus nullum habens huic effectui obicem. Demum concedi potest eam virtutem à ligno vitæ post peccatum fuisse ablatam; expulsum tamen fuisse hominem de paradiso, ne de illo comederet, quia adhuc in eo remanserat virtus quædam naturalis, & intrinseca conservandi hominem longissimo tempore, quam neque vitæ diuturnitatem voluit Deus homini concedere post peccatum & hanc solam indicare voluit Scriptura per illud proverbium in æternum, ut ait D. Bon. 2. *dist. 19. art. 2. q. 2. ad 1.*

39 Respondet Thomista prædestinatorum numerum non esse materialiter, & formaliter præcipientem ante præcipientem lapsum primorum parentum, quia prædestinatio facta est ex massa humana jam corrupta ex Rom. 1. c. 9. *An non habet potestatem signis suis ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam* atque idem fallum esse electos natos modo ex parentibus reprobis fuisse in statu innocentie nascituros ab innocentibus. Verum prædestinatorum numerum tam materialiter, quam formaliter præcipientem esse ante præcipientem lapsum primorum parentum satis constat ex dictis *disp. cit.* de Prædest. ubi etiam non semel insinuatam est Apostolum, 1. c. loqui de massa integra, & putam non verò vitiatam, & corruptam, & potius ubi sermonem fieri de prædestinatione ad gratiam efficacem, prout ad sufficientem distinguitur, quam ad gloriam, qua de causa subtextit ibidem, *cujus vult miseretur, & quem vult in dicitur.*

40 Ad fundamentum in oppositum contra ex dictis *disp. 8. Phys. 43. art. 1.* saltem esse prioris, identitate numeralem effectus necessarios pendere ex identitate numerale agentis, & circumstantiarum extrinsecarum loci, & temporis, quia nullus datus effectus in individuo, qui ex suis intrinsecis principiis possit hanc numero causam efficientem, ita quod non poterit produci ab alia causa consimili formaliter, vel virtualiter, quare ibi conclusimus ex diversis causis efficientibus, & dum diversis circumstantiis in mera libertate divina situm esse eadem individua determinare; & specialiter ibi docuimus *num. 51.* non dari determinatum respectum talis animæ ad tale corpus, ut Thomista comminoratur; sed prout indifferenter ex natura rei à Deo potuisse infundi quamcumque animam in quodlibet corpus, cum enim hæc fit à materia independentem non coarctatur ad hanc numero potius, quam ad illam, nec ad hæc numero accidentia, sed circumstantiis, unde mutatis etiam, parentibus, alimentis, climate, insipientibus, & aliis ejusmodi potuisse Deus eisdem numero animas in corpore tunc infundere, vel diversis, si placuisset; ex quo sequitur quod quamvis essent diversæ circumstantiæ, & licet diversis genitoribus inter se convenirent, dato casu innocentie, non ob id oporteret diversos nasci homines saltem quantum ad animam.

41 Sed nec etiam opus esset nasci diversos quoad corpus, quia ut inquit Doctor *lit. B.* idem homo numero non solum quoad animam, sed etiam quoad corpus organicum potuit esse filius Adæ, & filius Abrahæ; & ex quocumque istorum duorum fuisset, idem numero fuisset, quia si nihil substantiæ filii sit de substantia patris, sed totum de menstruo, ut vult Philosophus 2. de Generat. Animal. vel si ibi concurrat semen viri cum isto semine mulieris, eadem materia, quæ fuit in statu nature lapsæ sub forma alimentis talis, potuit esse in statu innocentie sub forma alia, scilicet, pomi, vel alterius cibi. Hinc ad Confirmationem negatur consequentia, ad probationem dicendum causam identitatis numeralis effectus non esse identitatem agentis, & causæ secundæ efficientis; sed identitatem materiæ, & formæ simul, quæ sunt causæ intrinsecæ compositæ, nam ad identitatem ut meralem compositi requiritur, & sufficit, ut per se causæ intrinsecæ sint eadem numero, etiam si causa efficiens extrinsecæ non sit eadem; atque idem Deus in statu innocencie produxisset eosdem homines electos, qui modo sunt producti post peccatum, non patres, vel pauciores, licet per alios parentes quodam prodixerit post peccatum, quam prodixit in statu innocentie. Ad ultimum negatur occasio quarundam actionum, quæ in statu innocentie non contingerent; salvarentur tamen in statu innocentie sine illis occasionebus, & aliis mediis, quibus Deus uti potuisset, non minus congruis pro ejusdem finis consecutione; alia argumenta minoris momenti ad hoc spectantia vide *disp. cit. Phys. & apud ipsum Scotum loc. cit.*

42 Tandem, quoniam *disp. cit. de Prædestinat.* dictum est absolute loquendo potuisse Deum prædestinare electos etiam post prævisionem meritorum, & præcipientiam lapsum primorum parentum, si placuisset: licet non ita factum sit, ut colligitur ex Scripturis, & Patribus; patet non addendum est, quod absolute loquendo ita potuisset Deus res decernere, ut aliqui ex illis, qui jam sunt electi, non nascerentur in statu innocentie: possent enim aliquos eligere ad gloriam ex illis, qui futuri essent in opposito peccato, qui alioquin futuri non essent in statu innocentie; cum enim omnes admittant aliquos nascituros supposito peccato, qui durante statu innocentie nati non fuissent, quales tunc reprobi, quorum nullus fuisset in eo statu secundum communionem, & longè probabiliorem sententiam; hoc item asseri quoque possent de quibusdam nunc electis, quod, scilicet, non fuissent in statu innocentie; Possent etiam res ita disponere, ut aliqui essent nascituri non commisso peccato, qui alioquin eo patre futuri non fuissent, & illi eligerentur ad gloriam; quemadmodum enim quidam futuri erant post lapsum primorum parentum, qui futuri non essent eo non com-

missio; ita possent aliqui esse futuri supposito innocentia statu, qui futuri non essent supposito lapsum: quibus casibus admittitur utique non impossibilibus, jam non illi soli, qui modo sunt electi, nascerentur in statu innocentie, sed alii quoque. Quoniam tamen D. Gregorius presertim docuit 1. c. solos electos, qui modo salvantur, nascituros etiam in statu innocentie: ita fatendum est res Deum jam disposuisse, cum nulla urgens ratio in contrarium appareat.

QUESTIO TERTIA.

An homo in statu innocentie potuisset prius peccare venialiter, quam mortaliter.

43 Res extant sententiæ in hanc controversia, duæ extreme, & altera media: Prima absolute negat, quam docet Divus Thomas *quest. 88. art. 3.* ubi Caiet. Conrad. Medina, Zamel, Porretta, Aluarez *disp. 196.* & alii Thomistæ: Altera absolute affirmat, quem docet Scotus 2. *disp. 21. quest. 1.* ubi Baffolius, Lichetus, Tatar. Rada *part. 2. contr. over. 15. art. 3.* Vulpes de peccatis *disp. 140. art. 3.* Poncius *disp. 17. q. 2.* & alii Scotistæ, ac Nominales passim: Inter quos tamen est aliquod discrimen, nam aliqui absolute loquuntur, & sine ulla distinctione, ut Maior. *disp. 21. qu. 1.* Scotus verò, Gabriel, Baffolius, & alii dicunt hominem in statu innocentie potuisse peccare peccato veniali ex genere, & ex levitate materiæ, ac etiam ex imperfecta deliberatione, non verò ex surreptione appetitus sensitivi, qui in eo statu perfecte subieceratur rationi. Tertia tandem sententia media docet utriusque hominem in eo statu potuisse exnatare rei, & absolute loquendo venialiter peccare prius, quam mortaliter: at tamen ob divinam providentiam, & perfectionem extrinsecam habuisse necessitatem consequentem non peccandi venialiter: ita Valquez *disp. 148. Salas tract. 13. disp. 17. sect. 3.* Ovved. *tract. 6. de peccatis contr. over. 3. punct. 10.* Averia *quest. 88. sect. 9.* Suarez *lib. 3. de Homine cap. 13.* & alii Recentiores passim.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quæstionis.

44 Dicendum est cum secunda sententia simpliciter, & absolute loquendo hominem in statu innocentie potuisse prius peccare venialiter, quam mortaliter, & ex parvitate materiæ, aut peccato aliquo ex obiecto veniali, ac etiam ex imperfecta deliberatione. Primo autem id probat Doctor *loc. cit.* quia donum justitiæ originalis non coniungebat perfectum ultimum fini quam quæcumque gratia gratia faciens coniungat nunc viatorem: sed cum gratia quæcumque nunc potest stare veniale etiam in perfectissimis, unde Ioan. in Can. si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, &c. ergo & Adam peccare potuit venialiter. Respondet Averia id non convincere quia donum innocentie includebat multo plura beneficia, quam modo includat gratia habitualis, & inter alia includebat hanc immunitatem à venialibus peccatis. Hæc tamen solutio manifestam præfert petitionem principii assumendo id, quod est in controversia; hoc enim est, quod nos è regione negamus, quod status innocentie includeret hanc immunitatem à venialibus peccatis, sicut neque includebat immunitatem à mortalibus, de quibus magi videtur.

Respondet Salas, quod licet gratia sit excellentius donum justitiæ originalis, quia reddit hominem Deum amicum, & celesti beatitudine dignum per opera meritoria, et tamen justitia originalis excedit in hoc, quod impedit peccata venialia, vel ex se, & per modum impedimenti naturalis inclinatam voluntatem ad cavendum illay vel saltem ex adiuncta Dei providentia, & per modum impedimenti moralis, quatenus adiuuncta habet divinam providentiam de non permitendo peccatum veniale in persona habente justitiæ originale. Contra, justitia originalis non impedit hominem à mortaliter ergo tanto minus impediret à venialibus: consequentia patet, quia quod potest in majus, potest & in minus saltem in eodè genere ex loco Topici à minori ad majus; tunc quia vel impediret ex se per modum impedimenti naturalis, & velut habitus inclinatam voluntatem ad cavendum illa, & hoc non, ut etiam Salas ipse concedit; nullus enim habitus potest addo inclinare ad hoc, ut cepit libertatem peccandi venialiter, quia nullus necessitat, sed habitibus utitur, ut volumus: vel per modum impedimenti moralis ex adiuncta Dei providentia; & neque hoc, quia sic dicendo poneretur liberum hominis arbitrium pro statu illo extrinsecè determinatum antecederet physice, vel saltem moraliter ad semper rectè agendum circa media abque libertatis usu: tunc quia si non obstantem speciali illa Dei providentia iuxta illius status exigentiam, homi-

homi arbitrium fuit omnino indifferens ad mortaliter peccandum; tanto magis divina providentia non obstante videtur eandem habuisse indifferenciam etiam ad peccandum venialiter, quoniam, aut dicebam, quod potest in majus, potest, & in minus; ergo si divina providentia non impedivit hominem à mortali in eo statu, nec etiam à veniali.

46 Respondet tandem alii ex Caiet. & Capreol. argumentum peccare per fallaciam secundum non caulam, ut caulam, quia quod cum gratia justitiæ nunc fiet peccatum veniale, non autem cum dono justitiæ originalis primorum parentum, non evenit, quia donum illud perfectius coniungeret ultimo fini, sed quia non solum subdebat mentem Deo, verum etiam corpus animæ, & omnes potentias inferiores rationi. Sed contra argumentor, ut antea, non obstante hujusmodi perfecta subiectione corporis ad animam, & potentiarum inferiorum ad rationem per justitiam originale facta, possibile fuit peccatum mortale; ergo & veniale, consequentia patet, nam si talis subiectione majus peccatum non impedivit, tanto magis non videtur impedire potuisse minus.

47 Tum quia hæc perfecta subiectione inferiorum ad rationem ad summum inferret hominem tunc non lapsum in peccatum veniale per surreptionem orientem ex parte sensitivæ; non tamen inferret labi non potuisse in alia peccata venialia ex obiecto, & levitate materiæ, ut verbum orationum, mendacium joculorum, veniale excessum in materia temperantiæ, non ex corruptione naturæ, sed ex mera libertate; Tum tandem, quia vel primam hominis peccatum veniale esse non potuit ex primo capite, quia nimirum justitiæ originalis subdebat mentem Deo; & hoc non, quia gratia longè perfectius subdit, & coniungit mentem Deo, & tamen cum ea peccatum veniale coheret; vel quia subdebat etiam vires inferiores rationi; & neque hoc obstat, quia id forte obstat, si peccatum veniale non potest esse nisi in parte hominis inferiori; at tam bene in parte superiori potest peccatum veniale contingere, si cum in inferiori, ut levis motus infidelitatis, vel incredulitatis circa fidei articulos, ut docet Doctor *loc. cit. lit. E.* ergo &c. quam rationem fuscè prolequitur Rada *loc. cit.* & secum Arretium ad verbum cap. de gratia Adm. q. 6.

48 Secundo probat Doctor, quia nulla potest assignari ratio, cur Adam, qui libertatem habuit circa gravem materiam, non illam habuerit circa levem in ea includam, & qui libertatem habuit ad comedendum de ligno vitæ, ea caruerit ad comedendum cum aliqua intemperantia de alio fructu; & quod potuerit mentiri permissio; vel cum juramento, non autem otiose, & sine juramento; & quod potuerit optare proximo grande malum, non autem leve, & similia. Neque enim verisimile est Adam habuisse præceptum de abstinentia ex necessitate salutis ab his levibus, tunc quia nihil tale legitur in Scriptura; tum quia, inquit Doctor, ad nimis difficile obligasset Deus viatorem; si eum in statu viæ de necessitate salutis obligasset ad faciendum semper, quod fuisset melius, vel magis expeditum, vel ad vitandum quodcumque retardativum ad melius. Nec valet dicere peccatum veniale repugnare cum statu innocentie, unde si homo peccasset venialiter, statim illum amississet. Non valet, quia modo non inquirimus, an potuerit cum veniali statu innocentie manere, nec ne; sed an homo in eo statu potest prius peccare venialiter, quam mortaliter, sive retinendo statum innocentie; sive non; unde ex hoc potius esset inferendum talem statum expellendum esse per peccatum veniale, quam hoc committi non posse. Tum quia peccatum veniale non repugnat nec gratia, nec justitiæ originali, ut probatum est; sed hæc duo dona cum aliis virtutibus moralibus annexis sufficienti ad constituendum statum innocentie, prout de eo hic est sermo, quando enim dicimus hominem in statu innocentie, intelligimus innocentiam à peccato mortali; & in hoc sensu queritur, an homo potuisset tunc peccare venialiter, unde facta accurate Rubion ad declarandum sensum hujus quæstionis 2. *disp. 21. quest. 1. art. 1.* notat statum innocentie posse tum dupliciter; primo pro immunitate ab omni culpa, & in hoc sensu inquit hominem non potuisse in tali statu venialiter peccare, sic, quod post primum peccatum remaneret in eodem statu innocentie; alio modo pro originali justitia, quæ potest dici quædam innocentia, pro quanto ipsa mediante, homo in eadem innocentia facillè conservari potuisset, & ipsa divina gratia potest dici innocentia, quatenus facit hominem innocentem, & à culpa immunem, & in hoc sensu inquit potuisse quidem hominem peccare venialiter in eo statu sic, quod post peccatum remaneret adhuc in statu innocentie sic accepto, quia per illud nec gratiam, nec iustitiam originale amississet.

49 Respondet Caiet. utrumque peccatum, scilicet, mortale, & veniale esse illi statu impossibile cum hac differentia, ut solum mortale fuerit illius corruptivum. Hæc responsio contradictoria involvit, nam si peccatum veniale non est corruptivum status innocentie, iam erit cum eo possibile, vel

si est cum eo impossibile, iam erit illius destructivum, sicut mortale; hoc enim idem est cum eo impossibile, quia est illius destructivum. Respondet Suarez 2. 3. *cit.* saltem non potuisse statum innocentie integrum permanere, si homo venialiter peccasset, quia ipsum peccatum veniale formaliter est diminutio quadam, & obliquitas illius status; ergo non posset cum ejus integritate, & rectitudine permanere, quærat luctum, qua ratione dicitur Eccl. 7. *Deum fecisse hominem rectum.*

Contra, quia peccatum veniale non tolleret integritatem, & rectitudinem status innocentie summam, nisi quatenus tolleretur negationem sui, quæ est aliqua pars innocentie, & rectitudinis; rector enim, & innocenter est nullum habens peccatum proterius, quam habens peccatum veniale; hoc autem non est simpliciter tollere integritatem, & rectitudinem illius status, sed tantum secundum quid auferendum, scilicet, particulam quandam integritatis, & perfectionis ejus, quæ non est de illius essentia; siquidem status innocentie essentialiter solum importat innocentiam, & immunitatem à culpa mortali, quæ inducitur mortem animæ, & corporis; quod etiam fieri coactus est Suarez ipse *loc. cit.* Respondet Valquez impossibilem peccati venialis cum eo statu fuisse extrinsecam ex speciali Dei providentia, vel lege qua statum erant, quamdiu à charitate homo non excederet, ab omni alia ad veritatem progredendum esse, id quod salva ipsius libertate ad veniale fieri poterat, quia talis impossibilitas non fuisset ex aliquo antecedente voluntate, eam prædeterminante. Contra ergo, ut supra, quia si conditio illius felicissimi status regulariter non postulabat hominem à Deo protegi à majori adversitate, qualis est ea, quæ incurritur per peccatum mortale, quod statum illud penitus destruerat: ergo tam minus posset ab protectione ab adversitate minoris, & levissima peccati venialis statum illum non auferentis, & solum levissimè deturbantis; integritas enim necessitaria, ac summa eius rectitudinis consistit præcisè in ordine ad ultimum finem, & media ad illum consequendum necessitaria, ut notat Doctor *loc. cit.* obliquitas verò, & inordinatio venialis nec est ab ultimo fine, nec à mediis ad eius consecutionem necessariis, sed solum à regulis quarundam virtutum utilium duntaxat ad illum; non verò necessariorum, ac proinde sub solo consilio cadentium, non sub præcepto; quare paulò ante dixi per peccatum veniale, nec integritatem status innocentie essentialiter minui, nec summam auferri, nisi accidentaliter, idè quæ levissimè per illud deturbari.

Respondet tandem alii ex Durando statum innocentie proprie sumptum supponere pro statu quodam felicissimo, pro quo nihil esset penale, aut triste, aut si homo in eo statu prius peccaret venialiter, quam mortaliter, sequeretur aliquis mali fore in eo statu, esset enim reus aliquis pænæ, atqui statum ille à Deo constitutus erat, ut quemadmodum homo non dediceret ab ultimo fine, sed per charitatem conjunctus cum mari et, nihil adversi pateretur; hac igitur ratione veniale est illi impossibile.

Sed hoc etiam effugium præcluditur à Doctore *cit. ad 2.* in oppositum, inquit, enim veniale posse deleri per actum serventis charitatis in Deum, ut ipse potius instituit 4. *disp. 21.* & non necessario per aliquam pænâ; quam solutionem licet dicat Salas non esse sufficientem, non tamen satis fuit hoc dicere, sed insufficientiam ostendere debebat, quod non fecit; tum quia addit Doctor nec repugnare innocentie à de aliquam lueat pænâ veniali debitam præter mortem, siquidem passio tantum corruptiva excludebatur ab eo statu, non autem passio satisfactoria, vel etiam actio meritoria, per quam deleretur veniale; fatendum igitur est peccatum veniale fuisse possibile cum eo statu, alioquin ut arguit Doctor ab initio quæstionis, non videretur minus repugnare rectitudinem innocentie peccatum veniale, quam mortale, si utrumque totaliter illum corrumpere; & tandem si contentudat ab Adversariis peccatum veniale esse omnino impossibile cum statu innocentie, ex hoc potius est inferendum, ut supra urgebam, talem statum expellendum esse per peccatum veniale, quam hoc committi non posse ante mortale.

Tertio probatur, quia nihil assignari potest in eo statu intrinsecum Adamo, vel extrinsecum, quod esset incompatible cum peccato veniali, seu quod ipsum impediret ad venialiter peccandum, priusquam peccaret mortaliter: non quidem intrinsecum, tum quia id concedit major, & melior Adversariorum pars, asserentium spectata hominis intrinsecam natura potuisse prius peccare venialiter, quam mortaliter, tum quia vel id esset aliquis actus, vel habitus virtutis, non secundum, quia nulla virtus etiam ipsa charitas impossibilis est cum peccato veniali, nec ulla determinavit hominem ad non peccandum venialiter, sicut non determinavit ad non peccandum mortaliter; neque primum, quia non tenebatur homo in eo statu semper habere actum amoris Dei intensissimum, cum quo forte impossibile est veniale. Neque assignari potest aliquod